Potest huius exempli operatio, si placet, etiam sic institui.

1 ra. in se.		1 ra. — 1 N in se.	
1 pri.		1 pri. + 1 N — 2 ra.	
— 25 N		+ 284 N	
quare 1 pri. — 25 N	æqua.	1 pri. + 285 N — 2 ra.	

7. Est numerus unus ad alterum sesquiquartus. Quoniam autem de maiori 8 ablatis, minori uerò numero 8 uel 4 additis, collectum ad residuum $2\frac{1}{2}$ rationem constituit, qui'nam sint illi duo numeri, quæritur.

Facit, ubi quidem addun-

tur { 8, $16\frac{8}{17}$ maior, $13\frac{3}{17}$ uerò minor
4 uerò, $14\frac{2}{17}$ $11\frac{5}{17}$

OPERATIO.

Numeri rationis		residuum	colle.	
1 ra.	$\frac{4}{5}$ ra.	1 ra. — 8 N.	$\frac{4}{5}$ ra. +	8 / 4 N

Quantitates proportionales,

$\frac{4}{5}$ ra + 8 / 4 N, 1 ra. — 8 N ut 5, 2. Quare

$1\frac{3}{5}$ ra. + 16 / 8 N æqual. 5 ra. — 40 N

8. Numerus in tres partes diuisus est. Quoniam autem prima pars respectu diuisi, subsequialteram: secunda uero, subduplam: ac tertia deinde, & ipsa respectu diuisi, postquam tamen 4 aliunde acceperit, subsesquitertiam rationem constituit, quantus sit ipse totus numerus, quante etiam singulæ partes, queritur.

Facit, Impossibile, cum tertia pars nihil sit, propterea quòd duabus prioribus totum & plus etiam conueniat.

	Totus quidem numerus			$4\frac{4}{11}$
Vel facit		prima	secun.	tertia
	Partes uerò	$2\frac{10}{11}$	$2\frac{2}{11}$	— $\frac{8}{11}$

Id quod examinari potest in hunc modum:

Totus diuisus	prima	Partes uerò secunda	tertia
$4\frac{4}{11}$	$2\frac{10}{11}$	$2\frac{2}{11}$	— $\frac{8}{11}$
Pars prima	totus diui.	pars secun.	
$2\frac{10}{11}$	$4\frac{4}{11}$	$2\frac{2}{11}$	
cum 3	cum 2	bis	
$8\frac{8}{11}$	$8\frac{8}{11}$	$4\frac{4}{11}$	
Æquales numeri, bene igitur.		Totus diuisus, bene igitur.	

— 8